

ANNO 1742. Suspenſum ab exercitio Ordinis, & jurisdictionis. & vitandus esse iterum constituitur. Sciat autem idem Hieronymus de Bock, non solum ab his, quae sunt jurisdictionis, exercendis se esse suspensum, sed etiam ab his, quae sunt Ordinis. Mandamus illi propterea, districteque interdicitur, sub poena excommunicationis ipso facto, & sine alia declaratione incurrendae, ut nullo pacto, aut Christum conficere, Clericos ordinare, Virgines consecrare, aut alia Episcopalis Ordinis exercere audeat: Decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque proflus roboris, ac momenti, omnes & singulos alios actus, quos attentare praesumpserit. Ac proinde qui ab ipso Ecclesiasticis Ordinibus initiati fuerint, noverint suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitatis propterea obnoxios, si susceptos Ordines exercuerint.

Admonitio ad Catholicos. §. 5. Quae omnia vobis, Dilecti Filii, renuntianda esse diximus, non ut caveatis ab hoc quoque sacrilego insidiatore; siquidem scimus satis vos adversus illius temeritatem, ac subdolas artes habere praesidium in vestra invicta pietate, & religione: sed ut, si aliqui sunt in ea contumacissima secta, qui nondum penitus infixi maneant in lino profundi, a Nobis pro paterna caritate admoniti, inducant animum resipiscere, ac desinant praebere aures huiusmodi factiosis hominibus, qui ut servant furori suo, inveteratoque adversus veram Christi Ecclesiam odio, se proflus Satanæ devoverunt. Vos autem manete in ea vocatione, in qua vocatis estis, & quam sequuti Majores Vestri, constantissimam Fidem suam probarunt universae Ecclesiae, & hujus in terris capiti Pontifici Maximo. Reliqui, qui sese itlic obtinuerunt ad persequendum Schisma, pergant in exiguo suo Coetu gaudere de sacrilega sua pertinacia, sibi que plaudant ob execrabile inventum Pseudo-Episcopos constituendi. Non diu erit, cum expectati dicent, quid sibi profuerit malitia sua; ac fructibus mundi intelligant, quid vobis aeterni gaudii, & immortalis gloriae pepererit virtus obedientiae, castaeque fides vestra. Huic interim fastidissimo eventui proludimus Apostolica benedictione, quam vobis, Dilecti Filii, peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem hujus Annuli Pileatoris die xx. Decembris MDCCXLII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

J. Vincentius Lucchesinus. Publicat. die 4. Januar. 1743.

REOS CONVICTOS

Per incidia indubitata, quamvis non confessos, poenis ordinariis mulcandos esse statuitur.

Monsignor Francesco Ricci della Nostra Città di Roma, e suo Direttore, e Generale Governatore, e Vice-Camerlengo.

AVENDOVI Noi con Viglietto di Segretaria di Stato in data delli 29. Aprile del cadente anno 1742. espressamente ordinato, per apportare qualche opportuno rimedio alla frequenza degli Omicidj, ad altri Delitti qualificati, che si commettono in Roma, e nel Noſtro Stato Ecclesiastico de Rei, sulla confidenza di non poter essere condannati alla Morte, se spontaneamente non confessano il lor Reato, o confessandolo nel Termini, non ratificano poscia la lor Confessione, doveste convocare avanti di Voi una Particular Congregazione con l' intervento de' Monsignori, Bardi Segretario della Sagra Consulta, Fabretti, e Clavelli Ponenti della medesima, Toppi Fiscale Generale, & Avvocati, Mocchi Luogotenente dell' A. C., Delfini Luogotenente del Cardinal Vicario, Michilli, e Mirogoli Luogotenenti del vostro Tribunale del Governo, e sentirne sopra di cid il di lei sentimento; ci avete rappresentato, che dopo essersi più volte adunata avanti di Voi la detta Congregazione, siansi in essa maturamente considerati li sequenti Dubbj, e con essersi inteso tanto in voce, che in scritto anche il parere dell' Avvocato de' Poveri, ne siano emanate le scritte Risposte.

Primo: An duo, vel tres Testes concludentes per se necesse Delictum, & aliquas patientes exceptiones, praeter illas pro quibus Testes de Jure in totum repelluntur a testificando, possint suppleri tam ex aliis indicis, & conjecturis probatis per Testes minus habi-

les, & idoneos, quam ex numero Testium, ad effectum imponendi poenam ordinariam?

Responsum: Attentis frequentia Delictorum, & facilitate, qua Rei negativi evadunt promeritas poenas, esse consulendum Sanctissimo, ut declaret, in Tribunalibus Supremis, & suas vices gerentibus, ac in delictis atrocissimis, Homicidiis appenſatis, & Furibus famosis, posse suppleri tam ex Indicis, quam ex numero, etiam per Testes minus habiles, & idoneos.

Secundo: An idem servandum sit in Delictis sequentibus in Lupanariis, Custodiis Birruariorum, aliisque locis, ubi nec habitu solent intervenire, aut intervenire alii Testes, quem Personae infames.

Responsum: affirmative, dummodo suppletio fiat per indicia, & conjecturas, quae obtentur per alios Testes.

Tertio: An contra Convictum indicis indubitatis concludentibus per se necesse taliter, ut adimant ab animo Judicis omnem rationabilem haesitationem, quod res aliter se habere potuerit, deveniendum sit ad poenam ordinariam?

Responsum: Affirmative.

Quarto: An concurrentibus duabus semiplenis probationibus, possint haec insimul conjungi ad imponendam poenam ordinariam?

Responsum: Negative.

Quinto: Demum an in contestationibus faciendis Reis, quando Indicia sunt de illis proximis indubitatis, possint reticere aliquae circumstantiae, ac hoc in casu, quo Rei tormentis subjiciantur, & tales circumstantias non conſtat lateantur, habere possint pro verificationibus a parte post Confessionis, taliter ut opus non sit ratificatione ad imponendam poenam ordinariam?

Responsum: Negative.

§. 2. Onde Noi considerando esser molto profittevole non meno alla Giustizia, che al pubblico, e privato interesse la punizione, de' Delinquenti, e che più facilmente potrà venirsi al conseguimento di questa, ogni volta che d'essi esecuzione alle Risposte emanate sopra li proposti Dubbj, con il presente Chirografo, di Nostra certa scienza, pienezza di Volontà, e Potestà assoluta, confermando, ed approvando quando faccia bisogno le suddette Risoluzioni, dichiariamo, e comandiamo, che in avvenire tutti li Tribunali Supremi, e che esercitano le Noſtre voci, tanto in Roma, che in tutto lo Stato Ecclesiastico, comprese anche le Legazioni di Bologna, Ferrara, Ravenna, Urbino, e Benevento, debbano giudicare, e venire alla condanna, e totale esecuzione delle Pene nelle sovraespressi Casi a tenore di detto Risoluzioni; quali vogliamo, che abbiano piena forza di Legge universale, e che debbano inviolabilmente osservarsi, come se provenienti fossero dal Jus commune, Canoni, antiche Concilia, Constitutioni Apostoliche, Decreti, Statuti, & Opinioni approvate da' Dottori, e perpetuamente durare a beneplacito della Santa Sede Apostolica, derogando per tal' effetto, quando mai facesse di bisogno, a qualunque cosa, che potesse fare in contrario, e che per l' adempimento di questa Nostra volentà, trasmittiate copia del presente Chirografo a tutti i Capi de' Tribunali suddetti, acciò debbano farla conservare nelle loro Cancellarie; e giudicare nella contingenza de' casi secondo l' espressa Risoluzioni.

§. 3. Volendo in oltre, che il presente Chirografo, colla sola Nostra sottoscrizione, vaglia, & abbia il suo pieno effetto, & esecuzione, benchè non sia registrato nei Libri della Camera, ne in altro modo sia servata la forma della Costituzione di Pio II. de' registrandis, alla quale per questa volta deroghiamo, e che contro di esso non si possa opporre di orazione, surzezione, mancanza della Nostra volentà, & intenzione, o qualsivoglia altro difetto, benchè degno di speciale, & indivisibile menzione, e qualsivoglia altro, ne si possa diversamente interpretare, benchè l' interpretazione provenisse da' Canonici anche Concilia, Leggi, Constitutioni, Decreti, & Opinioni approvate, perche tale è la Nostra volentà, e così vogliamo, con la clausula Sublata, & Devero irritante, ed in ogni altro modo. Dato dal Noſtro Palazzo Apostolico Quadrinale questo dì 2. Gennaio.

BENEDICTUS PP. XIV. Publicatum per Editam R. P. D. Gubernatoris Urbis, die 13. Januarii 1743.

PONT. A. III. Responsum.

Dub. V.

Dub. III.

Dub. IV.

Dub. V.

Responsum.

Es vim legis eidem tribuit.

Clausula de valore soliti signaturae.

Dat. die 2. Janu. 1743.

ANNO 1743. LXXII.

PRIVILEGIA.

Et Exemptiones Almae Domus Laurentinae, necnon Resolutiones Dubiorum, & Controversiarum jurisdictionalium in Synopsi redactae, approbantur, & confirmantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

HUMILITATIS nostrae considerationem ad Sacram Gloriosae Virginis Habitaculum dirigentes, Apostolicae sollicitudinis zelo excitamur, ut omnem curam, ac studium, quantum in Domino possumus, adhibeamus, ac quaecumque dissidiorum occasiones proleat a Loco Sancto submovendas, ne unquam ibi discordiae exoriri valeant, ubi Verbum Dei Deus, & Dei Filii, qui a Propheta Princeps Pacis cognominatus est, ad reconciliandum Deo Hominem, in intemeratae ipsius Virginis sinu factus est homo.

§. 1. Sane postquam plures Romani Pontifices Praedecessores Noſtri praedictam Sanctam Domum, olim Nazarenam, nunc vero Laurentanam nuncupatam, multiplici privilegio, gratiarum, indultorum, praerogativarum, & exemptionum concessione cumulaverant, ac signanter felicis recordationis Clementis PP. VII. etiam Praedecessor Noſter, inter alias, Castrum Laurentanum, illiusque Habitatores, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, curae, gubernio, administrationis, & regimini, cum mero, & mixto Imperio, ac potestate gladii, Commissarii, seu Protectores ejusdem Sanctae Domus submisserat, & demandaverat; ac subinde rec. mem. Sixtus Papa V. pariter Praedecessor Noſter Castrum Laurentanum praedictum in Civitatem, ac Saecularem & insignem Collegiatam Ecclesiam inibi existentem, eademque Sanctam Domum, magnifica, atque elegantia Edificiorum constructione circumdatam, atque exornatam, in Cathedralem erexerat, deindeque pie record. Paulus Papa V. similiter Praedecessor Noſter, ad succedenda jam enata inter Episcopum Laurentanum, & Protectorem ipsius Sanctae Domus, Litium, & Controversiarum germina, per quamdam suam in perpetuum vilitatum Constitutionem, quae incipit: Divinae disponere Clementia &c. sub datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCX. pridie Idus Julii Pontificatus sui Anno XVI. editam, eidem Sanctae Domui Laurentanae Solum, seu pavimentum Sancti Cubiculi, seu Sanctae Capellae, quam circumcirca usque ad Columnas, & Scalas inclusive contentum, in Territorium proprium, distinctum, & separatam, nullius Diocesis, in quo de caetero solum ejusdem Sanctae Domus Protector, pro tempore existens, ejusque Gubernator, privative quoad Episcopum Laurentanum, etiam si Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis existeret, jurisdictionem omnimodam, & quasi Episcopalem habere, & exercere posset, perpetuo constituerat, & assignaverat, ipsamque Sanctam Domum nuncupatam, pavimentum, ac Territorium praedictum, ejusque Gubernatorem, Officiales, Ministros, & quoscumque alios tam Laicos, quam Clericos, & Regulares, eidem Sanctae Domui, seu Capellae, ejusque Bonis quomodolibet inservientes, necnon eorundem Officialium, Ministrorum, aliorumque inservientium Familias, & Famulos, & quoscumque Peregrinos ad Sanctam Domum praedictam confluentes, ipsiusque Sanctae Domus Palatia, Aedificia, Possessiones, & Praepia quaecumque, ac reliqua bona tam Mobilia, quam Stabilia, & fomentoria, ubicumque existentia, supellestilia etiam pretiosa, pecunias, elemosynas, Donationes, & quaecumque reſida, ab omnibus, & quaecumque Episcopi Laurentani superioritate, jurisdictione, dominio, ac potestate perpetuo, plenissime, penitusque, & omnino exemerat, & deliberaverat, ac sub Beati Petri, & Sedis Apostolicae protectione specialiter susceperat, omnimodamque jurisdictionem Ecclesiasticam, & Spiritualem, ac quasi Episcopalem

Et Congregationem Laurentanæ jurisdictionem, quam Protectores exercebant, & mandavit, ut quoad Temporalia Gubernatori commissis.

§. 2. Novissime felicis pariter recordationis Innocentius Papa XII. praedecessor quoque Noſter, provide attendens, ex huiusmodi forma Regimini speratam non provenire utilitatem, quin potius experientia, & quae plurimum ad audientiam ejus perlatis recurſibus, quereſis eductus, imminuta nimis Episcopi Laurentani potestate, Ecclesiasticam disciplinam paulatim dissolvi, Clerique, ac Populi mores, aucto Exemptionum numero, relaxari; Ad obviandum detrimentis huiusmodi, per aliam suam eidem perpetuo vilitatum Constitutionem, quae incipit: Sacrosancta Redemptio humanae mysteria; editam sub datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCXVIII. nonis Augusti, Pontificatus sui Anno VIII., eidem Sanctae Domui Territorium proprium, & separatam, ac ab omni Ordinarii jurisdictione exemptam, & quasi Episcopalem, in praedicta Pauli Praedecessoris Constitutione assignatam, confirmavit, & approbavit; idemque Territorium, una cum omnibus praedictae Sanctae Domus Ministris, & Officialibus, aliisque Personis quomodolibet inservientibus, vel ad eam ex quolibet Mundi parte devotionis gratia confluentibus, ab omni, & quacumque Ordinarii praedicti jurisdictione iterum plenissime, penitusque exemit; Et praedicti Protectoris, quod per obitum bon. mem. Paulatii, dum vixit, Episcopi Portuensis S. R. E. Cardinalis de Alteris nuncupati, tunc vacabat, Officio, Dignitate, titulo, & denominatione perpetuo suppressis, & extinctis, sub Beati Petri, & Sedis Apostolicae specialis, & immediata protectione suscepit.

§. 3. Omnem vero, & quaecumque jurisdictionem tam Ecclesiasticam, & Spiritualem, ac quasi Episcopalem, quae in eadem Sanctam Domum, ejusque Territorium, Officiales, & Ministros, Peregrinos, ac bona praedicta, quam Saecularem, sive Laicalem, in Communitatem, Homines, & Civitatem Laurentanam, ejusque Comitatum, atque Districtum, Protectori pro tempore ejusdem Sanctae Domus quomodolibet competierat, quandoquidem ei Romani Pontifices, per se ipsos, Apostolicae Servitutis onere praegravati, vacare nequibant, exercendam impoſterum statuit, & mandavit per Congregationem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Romanae Curiae Praelatorum, Laurentanum nuncupatam, quam ad hunc effectum erexit, & instituit ac specialiter deputavit. Eidemque Congregationi, ut semel, & pluries, ac quoties sibi videretur, & placeret, quaecumque Statuta, & Ordinationes pro felici praedictae Sanctae Domus, ejusque Bonorum, ac Personarum eidem inservientium regimine, Sacris tamen Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non adversantia, & ab omnibus, ad quos pertineret, inviolabiliter observanda, condere, edere, & publicare, illaque mutare, alterare, corrigere, & emendare licite posset, & valerent, concessit, & indulſit.

§. 4. Insuper voluit, & mandavit, ut Congregatio praedicta in Spiritualibus quidem, quae scilicet ad Ecclesiae cultum, Chori servitium Divinorum celebrationum, Animarum Curam, Sacramentorum administrationem, morum correctionem, & alia huiusmodi pertinerent, Episcopi Laurentani pro tempore existentis tantquam Sedis Apostolicae Delegati; In iis vero, quae quoruncumque Bonorum ejusdem Sanctae Capellae temporalem administrationem, necnon dictae Civitatis Laurentanae, ejusque Comitatus, atque Districtus, tam Causis Civilibus, quam Criminalibus, seu mixtis, Gubernium Saeculare concerneret, Romanae Curiae Praelati in Gubernatorem a Romano Pontifice pro tempore existentem deputandi, ope, & ministerio uti deberent.

§. 5. Praeterea tam Domorum, & Aedificiorum omnium Fabricam, & manutentionem, quam Supelleſtilium cujuscumque generis, Paramentorum, Gemmarum, aliorumque localium, quae sub Theſauri nomine continentur, necnon elemosynarum, & largitionum quaruncumque custodiam, atque etiam Montis Pietatis, Nofocomii, Hospitii, & Triclinii pro pauperibus Peregrinis, superintendentiam, Gubernatoris praer-

PONT. A. III.

Innoc. XII. confirmata s. Domus a exemptione Ordinarii, Protectoris Officium suppressit.

Et Congregationem Laurentanæ jurisdictionem, quam Protectores exercebant, & mandavit, ut quoad Temporalia Gubernatori commissis.

S. Domus, Civitatis regimen, quoad Spiritualia Episcopi ut s. Sedis Delegato, quoad Temporalia Gubernatori commissis.

Episcopi, & Gubernatoris facultates expresse.



ANNO 1743.

ut supra dictum est, Romam venerint, per Collegii prædicti Depositarium, vel alias, prout melius expedire videbitur, centum sexagintaquos Magistros Cere...

Dat. die 14 Febr. 1743.

Pro D. Card. Passione. Cajetanus Amatus.

LXXIV. ECCLESIE PAPIENSIS

Perpetuo uniter Archiepiscopatus Amasensis in partibus Infidelium; aliaque privilegia confirmantur, & respective conceduntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD supremam equidem Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis, cujus servituti Pastorum Princeps JESU CHRISTUS Nos imbecillitatis nostræ confectus per ineffabilem bonitatem suam mancipare dignatus est, auctoritatem, providentiamque pertinere intelligimus, ut non solum decora, privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones, quibus alias legitime concessis singulæ Ecclesiæ pacifice fruuntur, confirmare, & augere studeamus, verum etiam opportunitat, salutaremque, ad bene constitutam, Apostolicæque legis præscriptum Ecclesiasticæ Disciplinæ ordinem in suo pristino decore retinendum, conservandumque, si quo pacto per longas temporum vires immutari contigisset, operam nostram conferre sagitamus.

Ecclesiæ Papiens. prærogative novæ decoribus augeri merentur.

§. 1. Quoniam autem Cathedralis Ecclesiæ Papiæ, quæ olim Ticinum dicta est, non tam vetustæ antiquitatis, Longobardorum Regum Sedis, & tot Sanctorum Antilitum pietate, literis, ac Martyrio insignium splendore, quam ipsa amplitudine, & omnimoda in populos sibi subiectos jurisdictione, inter præcipuas Italiæ Ecclesiæ semper extitit, factum est, ut innumera propemodum privilegia cum latitudinis fortunis, aliisque amplissimis juribus, Romani Pontifices, Imperatores, Reges Longobardorum, alique Principes eidem Ecclesiæ, ejusque Antilitibus indulserint; Eapropter tot sane privilegia cum decoribus, prærogativis, dignitate, auctoritate, immunitatibus, exemptionibusque conjuncta, ac toties comprobata, atque confirmata iidem Antilitibus, qui Apostolicæ huic Sanctæ Sedi immediate subiecti sunt, Pallii certe usus, ac jus Crucem more Archiepiscoporum ante se gestandi, album equum confendendi, jus a dextris in Conciliis Generalibus Summo Romano Pontifici assistendi, jus denique, quod etiam admirans refert clar. mem. Cæsar Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Baronius, ut quotiescumque Ticinensis Episcopus vocaret ad Synodum Archiepiscopos Mediolanensem, & Ravennatensem, cum suffraganeis, venire omnino deberent; hæc non immerito exposcerent, ut eandem Cathedralis Ecclesiæ, exigentibus etiam eximius Venerabilis Frater Francisci ejusdem Cathedralis Papiensis Episcopi, in tuendis Ecclesiæ Papiensis, ipsi spiritali connubio junctæ, juribus egregie meriti virtutibus, in Archiepiscopatum erigeremus.

Pontificis consilium.

§. 2. Verum Nos, quibus nihil est antiquius, quam ut Venerabilem Ecclesiarum antiquitatem stabilem custodiamus, æquum, nec novum esse ducimus, si eidem

Ecclesiæ Cathedrali Papiensi, ejusque Antiliti pro tempore existentem aliquem titulum Archiepiscopis Ecclesiæ Archiepiscopalis in partibus Infidelium sitæ tribuamus, Archiepiscopalemque Ecclesiam hujusmodi ipsi Papiensi Ecclesiæ uniamus, & incorporemus: Ita enim fiet, ut eidem Episcopo Papiensi tot privilegia munio, & Archiepiscopali dignitate adaugdo, debitus locus, & honor in quibusvis Ecclesiasticis, & Sæcularibus Confessibus deferatur.

PONT. A. III.

§. 3. Hinc est, quod Nos, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, Archiepiscopalem Ecclesiam Amasensem, quæ Helenoponti Metropolis Turcarum Tyrannidi subiecta, quoad nominis honorem saltem conservari meretur, eidem Cathedrali Ecclesiæ Papiensi unimus, & incorporamus, ac perpetuis futuris temporibus uniamus, & incorporatam esse, ac fore declaramus, statuimus, decernimus, & ordinamus; itaut non modo idem Venerabilis Frater Franciscus Papiæ Episcopus, seu quicumque pro tempore in Episcopali Papiensi Cathedra ipsi successerit, una infimul nuncupetur, inscribatur, & sit Archiepiscopus Amasensis, & Episcopus Papiensis, cum omnibus, & singulis juribus ratione tum Episcopalis Ecclesiæ Papiensis, tum Archiepiscopalis Ecclesiæ Amasensis ad ipsum respective spectantibus; Nec propterea eundem Archiepiscopum, & Episcopum, ad Archiepiscopalem Ecclesiam prædictam Amasensem, donec ab Infidelibus detinebitur, accedere, & apud eam personam literis residere minime teneri.

Archiepiscoporum Amasensis in partibus Infidelium perpetuo uniti.

§. 4. Præterea volumus, & mandamus, ut idem Episcopus Papiensis, & Archiepiscopus Amasensis, deinceps semper, ut antea, memoratæ Apostolicæ Sedi immediate subiectus intelligatur, nec juxta Concilii Tridentini decretum, & Concilii Romani a secl. record. Benedicto PP. XIII. Prædecessore nostro celebrati, Præscriptionem, sibi Metropolitanam, quem hætenus non elegit, impostum eligere teneatur; nec Cause quæcumque Civitatis, & Diocesis Papiensis ad quemvis, jure appellationis, nisi ad Apostolicam Sedem prædictam, deferantur.

Eandem sub immediatæ Sedi subjectione confirmat etiam quoad appellationes etc.

§. 5. Denique statuimus, ac declaramus, eundem Franciscum modernum Episcopatum Papiensem, tenore præsentium, abique ulla declaratione, five Apostolicarum Literarum expeditione, re ipsa Archiepiscopum Amasensem esse, ac fore, & nuncupari posse, ac debere; ipsius vero pro tempore Papiensi Ecclesiæ prælatæ prædicandis Antilitibus, toties, quoties præfici contigerit, per eandem Apostolicam sub Plumbo pro Papiensi Ecclesiæ expediendis literas, titulum Archiepiscopi Amasensis conferri debere, facta semper unionis, & incorporationis hujusmodi mentione; quem sane titulum Archiepiscopi Amasensis ita uniamus, & incorporatum esse, ac fore volumus ac præcipimus Episcopo Papiensi pro tempore existentis, ut quicumque Papiensis Episcopus, si ipsum ab Ecclesiæ Episcopali Papiensi ad aliam Episcopalem Ecclesiam transferri venerit, relicto Archiepiscopi Amasensis titulo, alio alterius Archiepiscopalis Ecclesiæ titulum ab Apostolica Sede prælatæ impetrare, & obtinere debeat.

De forma expediendi Literarum Ap.

§. 6. Decernentes easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias specificæ, & individuali mentione, & expressione digni, in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, iidem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, aut auditi fuerint; tametsi suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore, consentire, seu vocari, citari, intimari, & audiri semel, vel pluries quoquomodo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, prætextu, titulo etiam oneroso, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis lesionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retradari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis

Quid in eisdem translationibus.

Clause per se perno literarum vigore, subscritæ etc. etc.

PONT. A. III.

Oris, restitutionis in integrum, assidue quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse; Sed easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia exiltere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Francisco Archiepiscopo, & Episcopo, & suis pro tempore Successoribus in omnibus, & per omnia plenissime frui; Sicque, & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quæcumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio.

§. 7. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, quæcumque Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula in contrarium præmissorum quomodolibet edita, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dictarum Ecclesiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis prærogativis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specificæ expressæ, & indivisa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Februarii MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 15 Feb. 1743.

Pro D. Card. Passione. Cajetanus Amatus.

LXXV. CONCIONATORIS

Apostolici manus Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappucinorum perpetuo addicitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis studium erga Ordinem FF. Minorum Capuccinorum.

Nelatum Fratrum Minorum S. Francisci Cappucinorum nuncupatorum Ordinem, dum in Minoribus quidem effemus ea, qua par erat, veneratione profecti quebamur: in hac vero Sacrosancti Apostolatus specula constituti, majoribus Apostolicæ nostræ charitatis, benigntatiq; testimoniis complexi gestimus; considerantes maxime, quanta, & quam luculenta Christianæ pietatis, & religiosæ professionis exempla, cum sacrum doctrinarum splendore, atque æterna Animarum salute conjuncta, sicut ab initio, in Catholica Ecclesiâ, ita in dies præstant religiosissimi illius Ordinis Alumnis; ut nihil Orthodoxos, Acatholicosque vicissim vehementius perstringat, & ad saniores mentem reducat, quam celeberrimi Instituti initia cum austerioris vitæ sanctorum ratio, & Christianarum virtutum semita, prius per eosdem Alumnos quam diutissime trita, deinde aliis exemplo, & verbo indicata.

Horum exempla opera in sum Dei, quod in Apostolico Palatio statim temporibus predicari solet, tunc temporis maximopere laudabamus Secreti Palatii sapientissimum Romanorum Pontificum Prædecessorum

nostrorum consilium, qui ex hoc potissimum Ordine Prædicatores ad hujusmodi officium adsciscere consueverunt; Ex illo enim, non tam majorum nostrorum, quam nostra etiam memoria, proderunt insignes Verbi Dei Præcones; quorum etiam in præsentia quamplurimi ubique per Catholicam Orbem commendantur. Inter alios vero, qui præclaras Concionationes in Palatio Apostolico partes, summa cum nominis laude, expleverunt, præter Venerabilem Fratrem Bonaventuram Ferrariæ Archiepiscopum a Nobis, dum in minoribus pariter effemus, cum voluptate diu auditum, ac tan-topere probatum, duo etiam in Sacrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium adiecti fuerunt, Anselmus a Monopoli, & Franciscus Maria ab Aretio.

ANNO 1743.

§. 2. His sane, aliisque animum nostrum moventibus, atque ex eo etiam adductis, quod in hac Alma Urbe nostra alia Officia, atque Ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita addicta in perpetuum sunt, ut munera hujusmodi, tamquam sibi debita, vindicantes Ordinum Superiores, quo laudabilius obeant, optimum quemque suorum omni studio, atque cura conquirunt; confidimus fore, ut impostum, quemadmodum hætenus, benedicente Domino, factum est, ex memorato Cappucinorum Ordine eximii in Apostolico Palatio Concionatores habeantur.

Utilitas ad dicendi peritio hujusmodi manus eorum Ordinis.

§. 3. Itaque, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, ac certa scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, statuimus, decernimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus Officium prædictum Concionatoris Apostolici, alicui dicitur Ordinis Minorum Cappucinorum Professori, committi, concedi, & assignari debeat.

Quod per præsentia statuatur.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia exiltere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime frui; Sicque, & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clause, & Decreta.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis Cappucinorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Martii MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno III.

Derogatio.

Dat. die 2 Mart. 1743.

Pro D. Card. Passione. Cajetanus Amatus.

EPISTOLA DECRETALIS

In causa jurisdictionali jam dudum pendente inter Episcopum Conversanum, & Ordinem Militarem S. Joannis Hierosolymitani. Expenditur vis Possessionis quadragenariæ, & immemorabilis. Indulta Apostolica, & Episcoporum cessione quatenus jurisdictionem activam, vel exemptionem passivam dumtaxat importent etc. Sententia setur pro Episcopo Conversano, & opportunis Decretis & clausulis manitur.

LXXVI.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ servitutis officium, quod humeris nostris, licet imparibus, inscrutabilis imposuit Divini altitudo consilii, illius Nos sæpe admonet

Exordium ab Ecclesiasticæ præcis cura.